



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Hen. Illvstri Regi Vngariae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nonicos memoratos, audiatis illud, & appellatione remota fine debito terminetis. Nullis literis &c. Datum III. Kal. Februarij.

ABB ATI MONASTERII

Francarum Vallium, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

*Epiſt. 547.
De conformatio-
ne privile-
giorum & bo-
norum.*

Religiosam vitam eligentibus &c. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercien. fratrum &c. usque ad verbum vocabul. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de mala musca, grangiam de Argentia, grangiam de Campignola, grangiam de Rocetta, grangiam de Sornellis, quicquid habetis in Avinione, quicquid habetis in Bellicadro, quicquid habetis in Lunello, quicquid habetis in tenimento villa sancti Aegidij, quicquid habetis in Cavomonte, & aliis locis. Sanè laborum vestrorum &c. Prohibemus insuper ut nulli fratrum &c. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis monachus &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus &c. Si vero Episcopus, in cuius parochia &c. Pro consecrationibus vero altarium &c. Quòd si sedes &c. Quia vero interdum &c. Porrò si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem, Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellerij vicem agentis, Kal. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicae anno M CXCVIII, pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno primo.

*P R I O R I S S AE COENOBII
de Curto Rivo, ejusque sororibus tam
præsentibus quam futuris regularem vitam
professis in perpetuum.*

*Epiſt. 548.
De codem ar-
gumento.*

Prudentibus virginibus &c. In primis si quidem statentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercien. fratrum in cœnobio vestro &c. usque ad vocabul. Locum ipsum in quo præfatum cœnobium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Corva-

tam Don Garnier, quam Hu. de Illidio Miles dedit vobis laude & assensu heredum suorum in omni usu habendam, & campum Olrici cum integritate. & quicquid in molendino & batarino de Guennecort habetis. & terram quæ est juxta pratum sancti Martini. & illud quod habetis in molendino & batarino ex dono Ginardi Pohiers, ex dono Sybillæ, & filij eius Arnulfi. tria jugera terræ sita inter campum Olrici & Hugonis, & pratum Daven. & fedem batarini, in quo molendinum ædificastis. & tertiam partem de cultura in territorio de Brenvilla ex dono Galteri de Solascott, & partem Everardi de Irrumeria in eisdem territoriis, tam in nummis, quam in segetibus, & partem Alberti Corelli similiter vobis ab ipso concessam, & usum in territorio de Brenvilla. Ex dono Hugonis de Ambleio, unam falcatam de prato sub burgo sanctæ Mariæ, & tertias de Mannia, quas * vobis Rainerius de Pares de cultura suorum hominum dedit vobis. Et ex dono Humberti de Doncuria, unum pratum super ripam Mosæ. Sanè laborum vestrorum &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper ut nulli sororum &c. Paci quoque &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellerij vicem agentis, III. Kalend. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicae anno M C X C V I I I. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

*H E N. I L L V S T R I R E G I
Vngarie.*

INauditam hæc tenus speciem falsitatis, quam oculis nostris vidimus, serenitati tuae, quia id expedire credimus, duximus referendam. Cum enim dudum (sicut moris est apostolicae sedis) regestum felicis record. Alexandri Papæ predecessoris nostri cuidam fuisse exhibitum, tanquam rescriptum aliquod inspecturo, ut conceptam iniquitatem pareret, de medio quaterno duo folia est furatus, sicut indicis deprehendimus manifestis, cuius facinoris testes & concisi perhibentur in regno Vngariae permanere. Quia vero graviter peccat, & qui loquitur mendacium, & qui subtitet veritatem, & publicè interest quod maleficia non remaneant impunita, magnificientiam

*Epiſt. 549.
Ne tales lapi-
falsitate ejus-
dam examina-
di impeditur
verum dicere.
Vide supra epiſt.*

ficientiam tuam rogamus attentiūs, per apostolica scripta mandantes, quatenus, ne testibus illis, qui super jamdicto facinore nominati fuerint, ut perhibeant testimonium veritati, quisquam de re-
gno tuo noceat, aut impedimentum pre-
stare præsumat, eos potenter protegas,
& defendas. Datum Laterani II. Nonas
Februarij.

LINCOLNIEN. ET VVINTON.
Episcopis, & Abbati sancti Edmundi.

Epiſt. 550.
Vt cognoscant
eum Episco-
pi Conventren-
sis & monaste-
rii.

EX insinuatione venerabilis fratris nostri Conventrensis Episcopi nostris est auribus intimatum, quod cùm bonæ memorie W. prædecessor suus de clauſtro monachorum ad pontificalē assūptus fuerit dignitatē, voluntatibus Conventren. monachorum usque adeo condescendit, quod ferē ab omni episcopali jure ipſos exemit in successorum fuorum grave præjudicium & jaſtūram. Possessiones etiam & beneficia quædam Lacheſfeldensis Ecclesiæ ad ſuſtentationem Clericorum ibidem Deo ſervientium depurata, & diutiū in pace poſſeſſa, eis absentibus & irrequisitiſ ſub prætextu cuiuſdam compositioniſ, quam tamen ipſi monachi non ſerva-
runt, alienare præſumpſit, in grave ipſius Lacheſfelden. Ecclesiæ laſionem. Exinde verò præfati monachi, tacito quod in episcopalē dignitatē & Episcoporum Conventren. detrimentum eſſet factum præfati Episcopi attentatum, compositionem ipſam per ſubreptionem obtinuerunt à felicis memoria Alexan-
dro Papa prædeceſſore noſtro poſtea confirmari. De qua nimirum compoſi-
tione ſucceſſores Episcopi memorati vi-
dentes tam ſibi quām ipſi Ecclesiæ Lacheſfelden. enorme periculum imminere, ne adverſū eos præſcriptio curreret, cùm non poſſent naturaliter, civiliter eam in-
terrumpere curaverunt. Cùm ergo Ec-
clesiārum jura ex apostolatus officio te-
neamur propensiūs defenſare, nec qui-
busdam velimus consulere cum injuriis aliarum, de voluntate nuntiorum utriuſque partis cauſam ipſam vobis duximus committendam; per apostolica scripta mandantes quatenus vocatis ad vos qui fuerint evocandi, & tam ſuper episcopali jure quām alienatis poſſeſſionibus & beneficiis ecclesiasticis inquifta diligentiū veritate, quod canonicum fuerit re-
moſto appellationis obſtaculo ſtatutis,

facientes quod statueritis per cenzuram ecclesiasticam à partibus inviolabiliter obſervari. Nullis literis obſtantibus, ſi quæ apparuerint, harum mentione non habita, à ſede apostolica impetrata. Quod ſi omnes &c. duo veſtrum &c. Da-
tum Laterani III. Nonas Februarij.

G A V D E M A R I O A B B A T I
Boscaudon. monaſterij, ejusque fratri-
bus tam præſentibus quām futuriſ regula-
rem vitam profeſſis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus &c. usque ad verbum ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundūm Deum & beati Benedicti regulaṁ arque institu-
tionem Cistercien. fratum in eodem mo-
naſterio &c. usque ad verbum vocabuliſ. Locum ipsum in quo præfatum mo-
naſterium ſitum eſt, cum omnibus perti-
nentiis ſuis, abbatiam de Pratis, abba-
tiam de Lura, quas ædificaſti, cum poſſeſſionibus ſuis. Lavercum, cum poſſeſſionibus ſuis. domum sancti Mauricij, cum per-
tinentiis ſuis. vineas de Romonolo.
vineas de Capdenaſo, vineas de Moilatio.
grangiam de Paillairols, cum omnibus
quæ in illo territorio habetis. grangiam
de Villario Roberti, & quicquid ibi ha-
betis, & poſſidetis. grangiam de Cantalu-
pa, & quicquid ibi poſſidetis. præterea,
quicquid Ebreduni habetis, & poſſidetis.
Sanè laborum veſtrorum &c. Liceat
quoque vobis &c. Prohibemus in ſuper
ut nulli fratum &c. Illud diſtriictiū in-
hibentes, ne terras &c. Si quæ verò do-
nationes &c. Ad haec etiam prohibemus,
ne aliquis monachus &c. Licitum præ-
terea ſit vobis in cauſis propriis &c. Inſu-
per auctoritate apostolica inhibemus, ne
ullus Episcopus, in cujus parochia &c. Il-
lud adjicentes, ut in recipiendis poſſeſſionibus &c. Pro conſecrationib⁹ verò &c. Quod ſi ſedes dioceſani, &c. Quia ve-
rò interdum &c. Porro ſi Episcopi &c.
Paci quoque &c. Præterea omnes liber-
tates &c. Decernimus ergo &c. Salva ſe-
dis apostolice auctoritate. Si qua igitur
&c. usque in finem. Datum Laterani per
manum Rainaldi Domini Papæ Nota-
rij, Cancellarij vice agentis, III. No-
nas Februarij, indiſtione ſecunda, incar-
nationis dominice anno M CXCVIII.
pontificatus verò Domini Innocentij Pa-
pæ tertij anno primo.

Epiſt. 551.
De confirma-
tione privile-
giorum.